

812678

BX1749
.V5
1728-1743
v.2
c.1



1080044710

St. Paul, Pa.
P. Reich, Jr., Cashier
S. Paul, Pa.
S. Paul, Pa.
S. Paul, Pa.

1872

Bx1749
.15
1728-1743
v.2

R. P. M.
FR. EMMANUELIS
DE VILLARROEL
PINTIANI,
MONACHI BENEDICTINI
LAURENSANENSIS,
THEOLOGIE DOCTORIS,
SACRARUM LITTERARUM INTERPRETIS,
AC
CONGREGATIONIS
VALLISOLETANÆ
CONCIONATORIS GENERALIS;
IN SACRAS
TAUTOLOGIAS,
CUM ILLUSTRATIONIBUS
PANEGYRICIS; ANAGOGICIS, TROPOLOGICIS,
ET POLITICIS,
COMMENTARIORUM
LITTERALIUM
TOMUS SECUNDUS.



SECUNDA EDITIO.

CUM PRIVILEGIO.

MATRITI: Ex Typographia, apud JOSEPHUM GONZALEZ.
Anno Domini M. DCC. XLII.



46372



Ex libris Doct. Fran. Ant. Chislaque, et Sebastiani

EXCELLENTISSIMO DOMINO
D. LUDOVICO FRANCISCO
DE LA-ZERDA ET ARAGON, FOLC
de Cardona, Enriquez, Afan de Rivera, Duci Du-
ci de Medina-Celi, de Segorbe, de Alcalá & Car-
dona, Marchioni de Denia, de Cogolludo, de Ta-
rifa & Pallars; Comiti de S. Gadea de Buendia,
Civitatis & Portus de Sancta Maria &c. Regni
Castellæ, & Hispaniæ ulterioris Prodrogo Re-
gis supremo, Palatij & Arcium Matritensis, Va-
llifol. & Burgenf. perpetuo Custodi; Catholici
Regis á secreto cubiculo, á Consilijs utriusque,
Status & Belli Senatus, Hispaniæ
Magnati &c.

Fr. Emmanuel de Villaroel Benedictinus S. P.

UID, Serenissime Princeps, nostri munusculi ad te
meditata iurè oblatio? Haud tua interest, sanè nostra.
Non audet opus lucem videre, sine Patrono duce.
Authoritatem ab Auctore non habet: ideo & quaerit,
& sicut, & ambit magni nominis umbram; insignem, tuam ut-
potè, avidissimè tutelam. Ulla ne maior? Ubi? Mayores tui ex
Regibus, Reges ex Maioribus tuis. Quid non maiestatis & plenif-
sima in genera? Iam non paradoxum, tuum clarissimum inven-
tum esse, quod meritò aliquid desideraret post totum: ni nigrum
Te, ut in culmine esset ultra, & aliquid post omnia, Te nascentem:
quandoquidem ex summo generis splendore, splendor futurus
generis, Regiæ prosapia ornamentum, prodigiumque Ducum.

Venturus Dux maior erat: victoria nulla

Clarius, aut hominum votis optatior unquam.

Nam Domus hæc utroque petit diademata sexu:

Reginasque parit, Reginarumque maritos.

Vel à puero micabant signa virtutum, & forma legum. In fronte
auctoritas, in auctoritate benignitas, in benignitate maiestas, in
maiestate sine ostentatione comitas; quæ singula, ut respectantes

Clau-
dian de
Lan.
Stili.

agnoscerent, & mōres instruerent, natura ostendit elaborando faciem. *Augustissima quaque species plurimum creditur trahere de celo: sive divinus ille animus venturus in corpus, dignum prius metatur hospitium: sive cum venerit, fingit habitaculum pro habitu suo: sive aliud & altero crescit, & cum se paria iunxerint, utraque maiora sunt. Talis esse debet, qui ab omnibus adoratur.* Latissima facies & amabilis vultus in cunctorum civium ore sedit, sedit in oculis, sedit in animo, ut constaret orbi, natum ad gaudia Universi.

Hæc omnia, Princeps clarissime, Dynastam commendant, verum in virum non formant. Natus & factus es homo. Tibi non decus nasci Principem, nisi astrueres virtutibus in Principem nasci. Quæ à Te non facta in orbis emporio? Felices rerum exitus in utilitatem patriæ (tales profert Hispania voces) sic à longè in urbe prospiciebas, ac si inspiceres: sic intuebaris, quasi non abessent: sic noveras, quasi evenissent. Expectatum est tempus, in quo liqueret, non tam in legatione accepisse beneficium, quàm dedisse. Nuncia tibi nuncia non erant. Patebant, & mittebantur effectu, quæcunque Hispania avidè conceperat voto. Mirata est ætas nostra, quod prisca ignorarunt sæcula. Claruit vel in labyrintho expeditionum cursantium & occurrentium, totum orbem tuum profectò ingenium posse occupare, sed non implere.

Promissa sunt à muneribus munera, & illicò credita: etenim omnium plausu Neapolitanà summà Præfecturà donatus, præsidium legum, fautor literarum, genitorque iustitiæ inauguratus es Nemesis autoritate: quæ quidem futurorum conscia, palàm testimonio signavit, ac designavit, quæ Successores gesta & præclare, invidere possent, sed æmulari nequirent. Onerasset alium huiusmodi introitus. Tu tunc admirabilior & melior: talis utique, quales alij Principes futuros se tantum omnium expectationi pollicentur. Haud Thronus

*Inferior virtute fuit, metuit que repulsam
Obvia maiestas. Doluit fortuna minorem
Se confessa viro. Magnum delata potestas,
Maiorem suscepta probat. Cognomina sumpsit
Plena Ducum genitor: paulatim vectus ad altum
Princeps militia, quo non illustrior exstat
Alter, cunctorum tabulas assignat honorum.*

In-

Ingens gloria, ingensque fama, cum Rex Catholicus ab inde expertus esset, quàm benè humeris tuis federet imperium: coipsò clarus omnibus ac desiderandus, quòd te Regni vastissimi Præsides, prospexerat, ne vel ad horam absens desideraretur. Dicam aptius quàm Traiano Plinius: *Parum est, ut in curiam venias, nisi & convocas: ut intersis Senatui, nisi & præsides: ut censentes audias, nisi & perrogas. Vis illud augustissimum Tribunal Maiestati suæ reddere? Ascende. Vis constare reverentiam Magistratibus, legibus auctoritatem, modestiam petulantibus? Adi:*

Non obruta virtus

*Paupertate latet. Lætos ex omnibus oris
Erebis, & nunquam meriti cunabula quæris;
Et qualis non unde satus. Sub teste benigno
Vivitur. Egregios invitant præmia mores.
Hinc prisca redeunt artes: felicibus inde
Ingenijs aperitur iter.*

Ergo non ætas quemquam, non valetudo, non sexus compescuit, quominus oculos novo spectaculo atque insolito impleret. Te parvuli noscere, Te ostentare iuvenes, Te denique mirari fenes. Inde alij se satis vixisse, Te viso, Te recepto: alij, nunc magis vivendum esse, prædicabant. Miscuisti res olim diversissimas, exactum nempe legum tenorem, ac imperij & imperantis securitatem. Timebaris, amabaris deliciae populi. Timebaris tamen, non quia rectorem, sed quia patrem agebas, necessitatibus omnium invigilans, nullius non attendens egestati: ut ubi clamor susurrabat inconstitudinis, ibi velox inhæreret auris, quam pernix sequebatur manus prodiga, ne vox recederet indiga. Mala præsentia intuebaris, ut evanescerent: futura, ne inciperent: imò vigili providentiæ fecisti, ut quæ futura, præterita, totus in bonum publicum. Nunquam æstimasti propria, nisi quæ communia. Haud tuum tua cogitasti, tua propriè quæ Regno & Regi. Exitus acta probarunt. Unde alij divites, inde pauper, quinimò ære alieno summè gravatus existi. Munere

Opibusque fluens & pauper eodem.

Quantæ tibi curæ fuit, ne quis expertus liberalitatis tuæ fieret? Gratiarum digitis videris elaboratus. Quodnam momentum, quodnam imò temporis punctum beneficio iudicabitur sterile, aut vacuum laude? Utinam palàm fierent, quæ Te sciente occulta iacent! Gloria virtutis ab intus. Ita cautè misericors favet peccatus, ut vel ignoret largitura manus. Mavis amplificare virtutem meritis, quàm encomijs. Fama maior, eò quod intendas suffocare famam. Satagis virtutum, minimè laudum.

Iam pridem novitas omnis consumpta est. Non alius erga Te novus honor superest, quàm si aliquando de Te tacere audeamus. Age, si quando pietas nostra silentium rupit, & verecundiam tuam vicit, quæ, qualiaque decernimus nos, Tu non recusas. Sera sunt nostra obsequia, seria tamen: non quòd nos arrogare velimus, gratiam Tibi reddere; satis omnino profiteri animum. Accipe fronte hilari, ut faustè gratulemur de Patrono & dignatione.

Næ tua supplicibus domus est assuetæ iuvandis.

In quorum numero me, precor esse velis.

Nil ultra laudibus addi, iudicioque potest. Vive, Vale.

In Pa
negr.

Clod.
de laud.
Stina.

Id. ibid.

Plin. in
Paneg.

Ovid. in
de Pont.
3.

GEN.

Pacat.
Panegy.
Tiberios.

Clau-
dian. in
epist. Pal.
Iudic.

CENSURA RR. P. M. F. GREGORII DE HERRAN,
Benedictinae Congregationis Hisp. Generalis Magistri, in Sal-
mantina Academia Doctoris laureati, Vespertinae Cathe-
drae moderatoris, & Collegij D. Vincentij Abbatis.

EX praescripto RR. P. N. Fr. Ioannis Baptistae Lardito, Benedictinae Religionis in Hispania, & Angliae Generalis, Salmantinae Academiae Primarij, Toletanae Diocesis Examinatoris Synodalis & legi-
Tomum Secundum Commentariorum in Sacrae Tautologiae, &c. a sapientis. P. M. Fr. Emmanuele de Villarroel
 elaboratum, a veritate, qua primum, quaque omnibus veram doctrinam, disciplinarum splendorem,
 & eruditionis cultum sequentibus, dulcedine micat, mulcet, trahit, ululari admirationis & veneratibus.
 Fateatur vera. Ante huius lectionem, Auctorem arbitrabar priore Tomo, vim ingenij exposuisse, totam
 suppellectilem eruditionis Sacrae & Ethnicae expendisse, metas iam transire non posse. Fallebar perpetua: ar-
 gior palinodiam cantare. Aliquid patet ultra. Inadeficientes lucent divitiis. *Librum doctissimum, ornatissimumque*
compositum (dicam cum Hieronymo ad Paulin.) libenter legi. in eo nihil mediocre, totum summum, totum per-
fectum est: sed & ipsum genus eloquij pressum est, & nitidum, cerebrum est in sententijs; nitet quidem & fulge- etiam
in cortice, sed dulcius in medulla est. Qui edere vult nucleum, frangat nucem.

Hieron

Petr.

Nancel.

Senec.

Plin.

Horat.

Primum non medio, medium non discrepat ino,
Postremis prima, & respondent ultima primis.
 Non est autem hoc opus, scripi ad ostentationem culta, sed in communis Ecclesiae utilitatem disposita,
 in cuius cetero arcanus hucusque sensus Tautologiarum latebat. Ecce porta in volaptratis hortum, ac in la-
 byrinthum flamen aureum. Aptius quam de Canio Iulo Seneca (de Tranquill. anim. cap. 14.) de Auctore
 dicitur: *Vix in primis magnus, cuius admirationi nec hoc quidem obstat, quod nostro saeculo notus est.* Auctorem
 quo iure, ex Plinio lib. 2. Epist. 3. *Magna fama praecesserat, maior inventus est. Summa est facultas, copia, liber-*
tas. Dicit semper ex tempore, sed tanquam diis scripserit. Praefationes terse, graevae, dulces, graves interdum &
erectae. Propositae controversias plures, electionem auditoribus permittit, saepe etiam partes: surgit, amicitur, incipit,
statim omnia, ac penè pariter ad manum sensus recondit: occurrunt verba, sed qualia? Quae sita? exculta? Ita
lectio in subitum, multa scriptio elucet. Prociuntur apte, narrat aperte, pagina acriter, colligit fortiter, ornat excel-
se, postremo docet, atlectat, afficit, quod stylo quoque consequi magnon est. Quid si ad mores dirigitur sermo?
Quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,
Plenius: dicit.

Ut canit Horatius lib. 1. Epist. 2. Utinam nulla terris rapiat vetustas! Reconditum sensum Sacrae paginae in
 Commentarijs literalibus eruere fatigat. Si quae non obvia, non vocum artificio, aut fucio ventoso, Diale-
 cticis argutijs, seu ineptijs, astruit: praeclearis SS. PP. doctrinis, solidis Antiquitatis fundamentibus, incon-
 cussis Philo sophiae principijs, selectis disciplinarum omnium (in quibus aptissime floret) monumentis, ser-
 vitio mancipatis regine Scripturae humanioribus literis, firmat dextrae, & ostendit abstrusa clariora luce. Non
 est, quod ullum tempus vacare patiat, ut literae tam diu, quam fideliter amate, gratiam referant,
 anticum atque cultorem suum merito vindicent, clareatque simul, quid nos illi, & Auctores debeant, quos
 pluribus facit notos, de cunctis praecclare meritis. Nihil Sacris literis adversum, nihil traditionibus, Ocu-
 menicis Concilijs, doctrinaeque SS. PP. oppositum, nihil probis moribus non consonum reperit: imò omnia
 ad fidem Catholicam propugnandam, haeresim expugnandam, ad germani verique sensus Scripturae intelli-
 gentiam, ad virtutem promovendam, vicia extirpanda utilissima vidi, & luce publica dignissima iudicavi. Ita
 censo, in hoc Salmanticensi Collegio D. Vincentio sacro, die 8. Ianuarij, ann. 1707.

M. Fr. Gregorius de Herran.

FACULTAS ORDINIS.

NOS Magister Fr. Ioannes Baptista Lardito, Congregationis S. Benedicti Hispan. & Angliae Generalis
 &c. Secundum Tomum *Commentariorum Liter. in Sacrae Tautologiae, &c. illustratissimum, &c. clucubra-*
 tum à R. P. M. Fr. Emmanuele de Villarroel, Theologiae Doctore, Sacrarum literarum Interprete, & N.
 Congreg. Generali Concionatore, quoniam à viris doctis (in quibus ipsium examinandum communis) recog-
 nitus & approbatus; typis mandari, in lucem prodire (servatis tamen de iure ferendis) tenore praesentium,
 sigillo nostro & subscriptione munitur, concedimus, Datis in nostro Monasterio S. Martini Martirensis
 die 21. Martij, ann. 1707.

Magister Fr. Ioannes Baptista Lardito,
 Generalis Congregationis S. Benedicti.

M. Fr. Ioseph del Corral,
 Secretarius.

CENSURA RR. P. M. Fr. MICHAELIS PEREZ
concionatoris Regij, Basiliana Familiae semel & iterum Pro-
vincialis, Salmantinae Universitatis Doctoris laureati, Vesp-
ertinae Cathedrae dignissimi Moderatoris &c.

MAndato, mihi sane gratissimo, D. Doctoris D. Emmanuelis Menchero in hac Regia Curia Vicarij
 Generalis Archiepiscopatus Toletani, vidi tomum secundum de Tautologia in paginis Sacris occur-
 rentibus, cuius Autor R. P. M. Fr. Emmanuel de Villarroel Sanctissimi Patriarchae Benedicti iusta ac digna
 proles. Iam diu perflustraveram (& quidem avidè & ingenti animi mei voluptate) volumem primum ab
 Authore mihi dono datum indulgentissime: & nunc ecce, illo è praesens in lucem & ad lucem edito magno
 cum fecore literarum reipublicae, ac veluti ramo ex foecunda mentis arbore avulso, non de fictis alter aureus,
 & simili splendescit virga metallo. Quid igitur censam? nisi cum Septimio, esse iustus, occulta de manifestis
 praedicare, quavis manifesta de occultis praedamnare. Cum enim de hoc secundo, haecenus occulto, impossi-
 bile sit damnare prius volumem, iam mihi olim manifestum & nimis probatum; satis erit ab idubio, inob-
 stante de illo praedicare, ac (etiam non fulgè impensè laudare. Itz & ille divitiis, eiusdem metalli instan-
 tur, quippe effusae eadem vena.

Tandem tamen introspice iam ac diligenter evoluto toto scripto, non sum fraudatus à praconcepto
 desiderio. Deprehendi, scilicet, cunctis eruditionis ac doctrinae pigmentis undique perpoliti. Materia singu-
 laris; ingenij lumina & acumina subtilia, unaque solida; beata quaedam rerum & noticiarum quae sacrarum
 quae humanarum ubertas, disceptationes nec vulgò notae, nec vulgariter discussae; Stylus ipse tersus &
 comptus (virilis tamen) locutionibus, phrasibus, translationibus, allusionibus, non è media plebe adscit-
 is, quibus literatorum gustum pelliciat & illaqueat ad legendum & perlegendum denique ordinata omnia
 & concinna literis areolis accurate disposita: nec enim conflagem distictam, ut quafi per fatyrum agegètam
 offendes. Maè scripto! Servare ordinem ac symmetriam seu harmonicam consonantiam in huiusmodi
 structuris, ut semper esse visum acclivè, & verò sapientis hominis, attamen in se hoc de se variè & velut stro-
 maticè, maxime difficultè ac minus proclive. Verùm Auctoris dexteritas civium haec haud agrè superavit, in-
 nectens vinculo deceptissimo illa quam plura quae singulis Tautologis illustrandis idonea sunt, per divisio-
 nem trimembrem Expositionis Litterae, Adinatorum, ac Didascaliarum.

Spondere fas est pro tali Opifice atque officio, quod de imaginaria Ethnicorum Pandora Tertulianus
 refert: *Hoc primum caput coronatum est à Charitatibus, cum ab omnibus miseraretur: unde Pandora, quasi om-*
 nium affecta donis. Quid enim desideres praec hoc fuculo, in quo velut in pleno copiae cornu, sive pande-
 sia rationali potius, apparatus invenire mensam licet culibet huiusmodi elarum cupido? Coropan-
 dum ergo censibus cum primis Gratiarum fertis.

Aptius proinde in Auctorem perdoctum cadit quod Salmastius in Patrem suum pronunciaverat, non tam
 ex vero quam filiali blandimento: *In his studijs omni que adeò doctrina tantopere excellit, ut pauci ad hoc exem-*
plum literarum reperiantur. Quid pauci? Egredere unus aliquis, aut alter. Certe semitam hanc ac scriptiois facie
nemo, quem ego saltem sciam, triverat. Eam tamen non dum calcant ita subigit, ut salus invios in regium
trimitent veritat, & alpera in vias planas, parumque abite, queminus in eum flectam illud ex Deut. Omnis
locus quem calcaveris per vestes, vesper erit. Pro pede pennam sustinuit, & omnia congruunt. Nam quos, ama-
bo, locos, sive Sacros, sive Profanos inculcat, quoniam facit suos? Suos facit quicumque studiosè conquisitos
ingeniosè & probe selectos concoquit ac digerit; non faciet suos, qui crudè & sterili farragine promple-
rit. Illud est proferre & quasi parere vitale verbum; hoc verò secundum, magis erit efferre verbum mor-
tuale. Cum simili discretione, Interpretibus observata, loquitur Apostolus de terra fertili & sterili: Terra
enim, inquit, saepe venientem super se bibeni imbrem, & generans herbas opportunam Graecè Eubeton com-
modam illis à quibus colitur, accipit benedictionem. En probum studium, quod locus upide & ubertim
receptos velut imbrem, accomodè versat & colit, atque hac ratione novam eis vitam imperit. Contra ve-
ro, terra praesertim spinas & tribulos, reproba est, & inalellito proxima. Instat terra scabra ac improbatè iu-
vat meditari eos qui ampliter sed indigere noticiarum imbrem accumulanti. Hi profecto non generant, sed
ebullunt, eijciunt, abortiunt, efferunt: id enim valet Hebraeica, quod est in Latina versione Praesertim. At
Auctor noster eum gleba uber & fertilis generat ex imbre multi iugè eruditionis herbas & frugem oportu-
nam, eamque factam sibi colenti propriam, non adicitiam: legit & colligit vinda, ut reddat vividiora.
Id fit, dum accedunt ossa ad ossa, unumquodque ad iuncturam suam: qua ratione id sponte consequitur, ut
ingrediat in ea spiritus, & reviviscant.

Tam crebris reconditæ ac rare doctrinae notis, quasi quibusdam purpuræ clavibus, intertextum opus, nemo
 gustabit, quin doctior in non paucis dicat. Semel dico, gemellus est foetus hic alteri prius emisso. Si lenis
 ille ac suavis, minimè hispidus ille aut pileatus, nec vox nec manus dispar. Tautologias uterque pandit, &
 est uterque pulera Tautologia, ob similitudinem, non ob identitatem: diversa omnia, sed paria. Adque
 enim decertatur utrobique, sapienter & strenuè pro amolendis à Scriptura sancta inanibus verbis vitio-
 si- que repetitionibus, & horum vice in cubitur effodiendis magis sapientiae thesauris. Dignum adeò volu-
 men istud, cui illud Poeta: *Fraterne ne desere frater*, infonemus. Cum alloqui, nil heterodoxum, nil pro-
 bis moribus adversum, nil quod cuiquam iniuriam irroget, aut aures pijs offendat, sigula potius proba, ac
 vehementer alligentia, invenire liceat. Ita censo in hoc M. P. Basilij Martirensi Cenobio, die 23. Febr.
 ann. 1707.

M. Fr. Michael Perez.

Tert.
 Apolog.
 c. 3.

De cora-
 na mili-
 t. c. 7.

Praefat.
 ad Tert.
 de Pallio
 Deuter.
 c. 11. v.
 24.
 Hebr. 6.
 7.

APPARATUS TAUTOLOGIARUM

TOMI SECUNDI:

FACULTAS ORDINARII.

Visa Superiore approbatione, facultatem concedimus R.R.P.M. Fr. Emmanueli de Villaruel, Monacho Benedictino &c. ut Tomum Secundum in Sacra Tautologia &c. in lucem edere queat. Martii die 4. Martij, ann. 1707.

D. H. Menebro & Renas.

CENSURA DOCT. D. IOANNIS DE FERRERAS PARROCHIALIS
Ecclesie S. Andreae Matritensis Rectoris, Archiepiscopatus Toletani Examinatoris Synodalis, Pontificij Legati Curiae Theologi, ac Sacri Supremi Inquisitionis Generalis Tribunalis Calificatoris & Revisoris.

S. C. M.

Regij Senatus praescripto delectus censor Tom. II. Commentariorum Literarum in Sacra Tautologia &c. Auctore Reverendissimo Patre M. Fr. Emanuele de Villaruel, Aetate Benedictino, Sacrorum Bibliorum Interprete, ac Congregationis Vallis-Oletanae Sacro Generali Oratore, mox ac perlegi Auctoris nomen, probatum censui. Quam famam inveniunt, quinam habeant. Ex his unus operis huius Auctor, notus satis, natura dotibus: Religionis, Sacrorum Studijs & profana eruditione. Ne tamen pro officij munere mihi & legi deesse, accurato per legis summa animi voluptate, summa admiratione, cum vivacis ingenij acie, styli excelsa elegantia, Sacrorum Scripturarum accuratissima profunditate, SS. Patrum assidua lectione, & Profanae doctrinae varietate exquisita, nequaquam vulgari. Apparet vix superasse tempus discutendi, qui tot legerit legitur, qui tot discusserit: Imbutus praesertim arcanam doctrinam per lucis illud oportet, quod tam docta varietate prolegerit, variant plerumque geniorum fata, ac alternante natura, plaudat quibusdam cameoanarum numerofo concentu, alijs sermone venustate & maiestate, alijs Profanae exculi disciplina, alijs superne Sophiae arcanis, raroque una haec omnia mente congestis, artifice tamen Auctori: quippe eloquentiae pollet, veritas Musas: profana doctrina viget, Sacrorum aeterna relevat, & maiestate, delectat & docet, uniusque sibi constat varius. Quid plura? In hoc libro, tam illud quale est, quod & teneritudinem continuata maturitas admittit, interseruitque tempestivam consuetudinem, Sat censui. Opus non lima, sed cedro dignum: quapropter cum undequaque Catholicam pietatem spiret, hancque Christianam exornet, tot vigilijs excultum, dignissimum censo praeulo, luce. Martii die 2. Aprilis, anni 1707.

Lipl. Cent. Epist. 2.

Idem Epist. 45.

Sidon. lib. 4. Epist. 3.

Doct. D. Ioannes de Ferreras.

FACULTAS REGIJ CASTELLE SENATUS.

Hac approbatione visa, Regius Castellae Senatus permisit Monasterio Laurenianensi Ordinis S. Benedicti, Secundum Tomum Tautologiarum per M. Fr. Emmanuelem de Villaruel eiusdem Ordinis Monachum Conscriptum, typis committere, ut latius patet ex autographo privilegio ascripto die 18. Aprilis, ann. 1742. per D. Michaelen Fernandez de Munilla, Regij Camara Secretarium.

M E N D A.

PAG. 14. col. 1. lin. 17. ingratisimo, leg. ingratisimo. Col. 2. lin. 42. lava, leg. larva. Pag. 15. col. 1. lin. 46. tumori, leg. avori. Col. 2. lin. 8. infernas, leg. infernas. Pap. 18. col. 2. lin. 5. periculo, leg. periculo. Pag. 21. col. 1. lin. 28. iugunt, leg. iugum. lin. 29. tenebis, leg. tenebis. lin. 54. lubricitas, leg. lubricitas. Pag. 22. col. 1. lin. 45. Desidera, leg. Desideria. Col. 2. lin. 1. desideris, leg. desiderijs. lin. 21. rebelans, leg. rebellant. Pag. 36. lin. 36. terre, leg. terra. lin. 57. aud, leg. aur. Pag. 145. lin. 4. auditum, leg. auditum. Pag. 146. lin. 57. lapsa, leg. lapsa. Pag. 150. apthulus, leg. apthulus. Pag. 154. lin. 45. vivenda, leg. vivenda. Pag. 198. lin. 45. caudor, leg. caudor. lin. 50. librarer, leg. liberavit. Pag. 201. lin. 49. germinatio, leg. germinatio. Pag. 202. lin. 51. audium, leg. audium. Pag. 217. lin. 24. est, leg. ut. Pag. 225. lin. 55. praeferator, leg. praeferator. Pag. 227. lin. 22. allius, leg. alterius. lin. 35. convivio, leg. convivio. Pag. 315. col. 2. lin. 2. vivendo, leg. vivendo. Pag. 316. col. 1. lin. 10. quod, leg. quos. Pag. 383. col. 2. lin. 12. qui, leg. quid. Pag. 437. col. 2. lin. 33. ex, leg. est. Pag. 440. col. 1. lin. 53. ego, leg. ergo. Pag. 441. col. 1. lin. 15. profecto, leg. profecto.

Hoc Opus, demptis his mendis, suo exemplari repondet. Martii die 15. Octobris, ann. 1742.

Lic. D. Emmanuel Licardus de Ribera.
Corrector generalis à S. R. M.

SUMMA DE LA TASSA.

Tassaron los Señores del Consejo à seis maravedis cada pliego de los de este Libro, que son ciento y setenta y tres y medio, sin principios, ni tablas, como consta de la Certificación de D. Miguel Fernandez Munilla, Secretario del Rey Nuestro Señor, y su Escrivano de Camara mas antiguo. En Madrid à 10. de Octubre de 1742.

AP

TAUTOLOGIA PRIMA.

Genef. 6. v. 6. *Tactus dolore cordis intrinsecus.*
Abique eo, quod intrinsecus latet. Cant. 4. 1. 3.
Ad me ipsam anima mea conturbata est.
Psal. 41. 7.
Cor meum conturbatum est intra me. Psalm. 108. 22.
In me turbatum est cor meum. Psalm. 142. 4.
In me cor meum marens. Ierem. 8. 18.
Nonne cor nostrum ardens erat in nobis?
Luc. 24. 32.
Cor carneum. Ezech. 11. 19. & 36. 26.
In tabulis cordis carnalibus. 2. Cor. 3. 3.
Maneat unusquisque apud semetipsum.
Exod. 16. 29.
Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos,
Ioan. 20. 10.
Abije secum, mirans quod factum fuerat.
Luc. 24. 12.
Abije sibi met. Ierem. 3. 6.

TAUTOLOG. II.

Genef. 11. v. 30. *Erat autem Sarai sterilis, nec habebat liberos.*
Sterilis es, & absque liberis. Iudic. 13. 3.
Ego sterilis, & non pariens. Isai. 49. 21.
54. 1. Exod. 23. 26. Iob. 24. 21. Galat. 4. 27.
Non erat illis filius, eod quod esset Elisabeth sterilis. Luc. 1. 7.
Omnes gemellis fertibus, & sterilis non est inter eas. Cant. 4. 2. In eis. Cap. 6. 5.
Concepisti, & paries. Genef. 16. 11.
Concipies, & pariet. Iudic. 13. 3.
Ecce virgo concipies, & pariet. Isai. 7. 14.
Virgo in utero habebis, & paries. Matth. 1. 23.
Ecce concipies in utero, & paries. Luc. 1. 31.
Non enim parturivi, & non peperit. Isai. 23. 40. 26. 18. & 66. 8.
Parturienti paries. Mich. 5. 3.
Elisabeth impletum est tempus parienti, & peperit. Luc. 1. 57.

TAUTOLOG. III.

Genef. 12. v. 2. *Benedicam tibi, etique benedictus.*
Benedicens benedicam. Psalm. 131. 15.
Hebr. 6. 14.
Multiplicans multiplicabo semen tuum. Genef. 16. 10.
Multiplicans multiplicabo te. Hebr. 6. 14.

Germinans germinabit. Isai. 35. 24.
Florete flores. Eccl. 39. 19.
Ficus enim non florebit. Habac. 3. 17.

TAUTOLOG. IV.

Genef. 19. v. 32. *Inebriemus eum vino.*
Nolite inebriari vino. Ephes. 5. 18.
Crapulatus à vino. Psalm. 77. 65.
Bibentes bibetis. Ierem. 25. 28.
Bidentes bibent. Ibid. 49. 12.
Bibens bibet. Ibidem.
Aquam ad bibendum. Num. 20. 5.
Iratus irascuntia Saul. 1. Reg. 19. 21.
Iratus est Dominus iracundia. Zachar. 1. 2.
Ragens rugiet. Ierem. 25. 30.
Zelo zelatus sum. 3. Reg. 19. 10. 14.
Scribebam in volumine atramento. Ierem. 36. 18.

TAUTOLOG. V.

Genef. 22. v. 2. *Tolle filium tuum unigenitum, quem diligit Isaac.*
Proprio filio suo non peperit. Rom. 8. 32.
Occurrit ei unigenita filia sua: non enim habebat alios liberos. Iudic. 11. 34.
Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. 2. Reg. 7. 14. 1. Paral. 17. 13. 2. cap. 22. 10. & Hebr. 1. 5.
Cognoscat Dominus ab Aegypto, & cognoscat Aegyptij Dominum. Isai. 19. 21
Abba Pater. Marc. 14. 36. Rom. 8. 15.
Galat. 4. 6.

TAUTOLOG. VI.

Genef. 22. v. 17. *Stellas Caeli.*
Sidera caeli. 2. Machab. 9. 10. Heb. 11. 12.
Angeli Dei in Caelo. Matth. 22. 30.
Angeli Colorum. Ibid. 24. 36.
Virgo pulcherrima, & incognita viro. Genef. 24. 16.
Porta haec clausa erit, non aperietur. Ezechiel. 44. 2.
Homo Sacerdos. 1. Machab. 7. 14.
Qui est de terra, de terra est. Ioann. 3. 31.
Primus homo de terra terrenus, secundus homo de caelo caelestis. 1. Cor. 15. 47.
Terra dedit fructum suum. Psalm. 66. 7. 84. 13. 1. Mach. 14. 8. & Iacob. 5. 18.

TAUTOLOG. VII.

Genef. 23. v. 2. *Ventusque Abraham, ut planteret, & sereat. Saepè in Scriptur.*
Planteret planctu. Zachar. 12. 10.
Gement gemitibus. Ezech. 30. 24.

[11]

Pof

Apparatus Tautologiarum.

Post lachrymationem, & fletum. Tob. 3. 22.
 Ifai. 16. 9. & Ierem. 22. 10.
 Eleei, & luxi. 2. Efdr. 1. 4. Iacob. 4. 9.
 Apoc. 18. 9. 11. 15. 19.
 Lucius, & fletus plorantis. Ierem. 31. 15.
 2. Efdr. 8. 9. Marc. 16. 10.
 Plorans ploravit. Thren. 1. 2.
 Ego plorans, & oculus meus deducens aquas.
 Ibid. v. 16.
 Fontes aquarum. Psalm. 113. 8.
 Ieiunavit David ieiunio. 2. Reg. 12. 16.
 Ieiunium, nihil accipientes. Act. 27. 33.

TAUTOLOG. VIII.

Genef. 23. v. 4. Advena sum, & peregrinus.
 Advena fui in terra aliena. Exod. 2. 22.
 Advena, & peregrinus. Psalm. 38. 13.
 Alienigena, qui non est de populo tuo. 3. Reg.
 8. 41. 2. Paral. 6. 32.
 Ut eruaris à muliere aliena, & ab extranea.
 Prov. 2. 16.
 Terram alienam, in qua nati non estis. Ierem.
 22. 26.
 Separatione dividet me. Ifai. 56. 3.

TAUTOLOG. IX.

Genef. 27. v. 1. Caligaverunt oculi eius, & videre non poterat. Idem 1. Reg. 3. 2. cap.
 4. 15. & Zachar. 11. 17.
 Obscurentur oculi eorum, ne videant. Psalm.
 68. 24. Rom. 11. 10.

Faciem tuam velabis, & non videbis terram.
 Ezech. 12. 6.
 Ad Patrem vado, & iam non videbitis me.
 Ioann. 16. 10.

TAUTOLOG. X.

Genef. 27. v. 7. Fac cibos, ut comedam.
 Panem ad vescendum. Genef. 28. 20. Exod.
 16. 15.
 Plait illis manna ad manducandum. Psalm.
 77. 24. Ioan. 6. 52. 2. Cor. 9. 10.
 Cibum habeo manducare. Ioann. 4. 32.
 Cibum tuis, quo vesceris. Ezech. 4. 10.
 Comeditis vescentes. Ioel. 2. 26.
 Saturatus cibo. Prov. 30. 22.

TAUTOLOG. XI.

Genef. 28. v. 20. Vestimentum ad induendum.
 Si tamen vestiti, non nudi. 2. Cor. 5. 3.
 Ornavi te ornamento. Ezech. 16. 11.
 Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes.
 Iob. 24. 7.
 Nudis absque vestitu. Ibid. v. 10.
 Violenter tollitis pelles eorum de super eis, & carnem eorum de super ossibus eorum. Mich.
 3. 2.

TAUTOLOG. XII.

Genef. 30. v. 26. Tu nosti servitutem, qua servivi tibi.
 Servi eritis, & servietis nobis. 1. Reg. 17. 9.
 Ad servum dominorum. Ifai. 49. 7.
 Servitate, qua servivi. Ezech. 29. 18.
 Et servi eius servient illi. Apoc. 22. 3.

PARATITLA DIDASCALIARUM TOMI SECUNDI. TAUTOLOGIA PRIMA.

Tactus dolore cordis intrinsecus, Delebo, inquit, hominem, quem creavi à facie terra. Fol. 7;

AUCTORITATIS PERIPHRAISIS.

1. Tactus dolore, ne levi vel ingrati tangerentur cruciamine. DIDASC. 1. Liberalitatem clariorem ingrati facit. Fol. 13.
2. Tactus dolore, & intumescit, quod diram servitutem vocet homo libertatem. DIDASC. 2. Nulla servitus turpius, quam voluntaria. Fol. 20.
3. Tactus dolore, quia vulneribus icti, minimè tacti. DIDASC. 3. Charitas incommoda aliena medietatur ut propria. Fol. 25.
4. Tactus dolore, & intrinsecè; quippe castigare necesse. DIDASC. 4. Deo nihil tam alienum, quam in homines supplicium. Fol. 30.
5. Delebo, inquit, & dolet? Vel in vindicta iustitia iustitia ponit. DIDASC. 5. Verè & facilius Amor ignoscit. Fol. 36.
6. Delebo hominem. Et dolore tactus? Delebo sanè, quanvis tactus dolore. DIDASC. 6. Nil facilius, quam Amor recra desit. Fol. 40.
7. Delebo hominem, sine poenitentia: aliter criminata. DIDASC. 7. Deus dum nostram poenitentiam suscipit, quod erravimus abscondit. Fol. 44.
8. Delebo hominem, impium, non iustum: quia in iustitia est acceptio meritorum, non personarum. DIDASC. 8. Iustitia tunc iura videt, cum lumina claudit. Fol. 49.
9. Hominem, quem creavi. Si hominis creatio, creationem utique subsequetur poenitentia. DIDASC. 9. Quam cæcus inest vitii amor? Fol. 54.
10. Delebo hominem, quem creavi, sed à facie terra, ut præsentis supplicio salventur animæ. DIDASC. 10. Deus non nocet, sed medetur specie nocendi. Fol. 59.

TAUTOLOGIA SECUNDA.

Erat autem Sarai sterilis, nec habebat liberos. Fol. 65.

AUCTORITATIS PERIPHRAISIS.

1. Sterilis, nec habebat liberos. Dignitas ex liberis meritis, quia sine meritis sterilis dignitas. DIDASC. 1. Ambitio ad dignitatem nisi per in digna non ducet. Fol. 76.
2. Sterilis, nec habebat liberos. Liberi fructus: magna utique fecunditatis specimen, si fecunditas parit cum fructu sterilitatem. DIDASC. 2. Beata sterilitas, qua unicum servatur ad partum. Fol. 81.
3. Sterilis & non erat ei filius. Etenim virginitas habet filium, & est sterilis. DIDASC. 3. Virginitas etiam fecunda est. Fol. 84.
4. Sterilis sine radice. Vel dum nitent in prædicatione flores, sunt steriles; quia sine exemplo fructus, concionatores non habent radices. DIDASC. 4. Nihil Doctore frigidius, qui verbis duntaxat philosophatur. Fol. 88.
5. Sterilis, & infœcunda. Semen est verbum Dei: minimè sterile verbum, sed multoties infœcundum. DIDASC. 5. Nostrum Manna verbum Dei est. Fol. 92.
6. Sterilis & infœcunda; quippe sterilis fecunditas poenitentia tarditas. DIDASC. 6. Dum differtur vita, transcurrit. Fol. 97.
7. Sterilis & infœcunda; quoniam penitus fructus steriles, qui humane felicitatis. DIDASC. 7. Mundi gloria confans in levitate sua. Fol. 102.
8. Sterilis & sterilis: igitur etiam habens ad fecunditatem semen, genuit sterilitatem. DIDASC. 8. Turpissima iactura, qua per negligentiam venit. Fol. 107.
9. Sterilis & sterilis; siquidem fructus nec sibi, nec alijs. DIDASC. 9. Virgo filium habet non sibi solum. Fol. 115.
10. Non erat mater, quia non erat ei natus. Singularis prerogativa, sine pignore prolis, quod respiciat nitor maternitatis. DIDASC. 10. Virgo Maria mater ad templum. Fol. 119.

Paratitla Didascaliarum.

1. *Non erat mater, quia non erat ei filius.* M. cat in Virgine miraculum maternitatis singularis non filiorum. DIDASC. 11. *Maria refugium peccatorum, & hospitium.* Fol. 124.

2. *Virgo non erat, nec erat mater:* quippe futura quæ mater & virgo. DIDASC. 12. *Sola Maria habuit gaudia matris cum virginittis honore.* Fol. 129.

TAUTOLOGIA TERTIA.

Benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus. Fol. 134.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Benedicam tibi.* Apparebit benedictione vera prosperitas, quoniam quæ in mundo lucet falsa felicitas. DIDASC. 1. *Nemo confidat nimium secundis.* Fol. 143.

2. *Benedicam tibi.* Etiam per adversa benedicam, quippequam labor amplexabitur fortunam. DIDASC. 2. *Quantum possit amor, qui vitam in morte ministrat!* Fol. 149.

3. *Benedicam tibi, erisque benedictus,* quanvis videaris abiectus. DIDASC. 3. *In Christianorum pœna latet futura gloria.* Fol. 154.

4. *Erisque benedictus,* quoniam quod eris, vocaberis. DIDASC. 4. *S. Benedictus gratia benedictus, & nomine.* Fol. 158.

5. *Benedicam tibi & eris benedictus.* Benedicam, quia vocavi: Erisque benedictus, quia statim vocationi respondisti. DIDASC. 5. *S. Benedictus psalmicè novus.* Fol. 164.

6. *Eris benedictus.* *Esse benedictio;* etenim obtinebis exordio, quod alij in exitu. DIDASC. 6. *S. Benedictus ab ipso pueritiae tempore etatem transiit.* Fol. 171.

7. *Benedicam tibi* egredienti à patria corpore, *Erisque benedictus,* si egressus mente. DIDASC. 7. *S. Benedictus mundum cum flore despectus.* Fol. 177.

8. *Benedicam tibi,* si deseris stultissimam sapientiam: *Erisque benedictus,* si intenderis in sapientem ignorantiam. DIDASC. 8. *Recessit à mundo scienter nescius, & sapienter indoctus.* Fol. 183.

9. *Benedicam tibi,* si egrediens moriaris temporalium vanitati: *Erisque benedictus,* si moriaris tibi. DIDASC. 9. *S. Benedictus dum mundum fugit, in arctissimum specum se tradidit.* Fol. 189.

10. *Benedicam tibi,* si tentationem fugeris: *Erisque benedictus,* si venientem superaveris. DIDASC. 10. *S. Benedictus nulli animum voluptati dedit.* Fol. 194.

11. *Benedicam tibi,* summâ felicitatis: *Erisque benedictus,* si prospexeris in terra terram visionis. DIDASC. 11. *S. Benedictus in mundo vivens extra mundum fuit.* Fol. 201.

12. *Benedicam tibi,* & benedictione; quippe virtutum omnium rutilabis plenitudine. DIDASC. 12. *S. Benedictus omnium in florum spiritus plenus.* Fol. 208.

TAUTOLOGIA QUARTA.

Inebriemus cum vino. Fol. 214.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Inebriemus cum vino.* Antequam potus, notatur ebrius; quippe defecit modus. DIDASC. 1. *Ne quid nimis.* Fol. 230.

2. *Inebriemus cum vino;* siquidem Superiores plerumque inebriantur zelo. DIDASC. 2. *Discretio mater virtutum.* Fol. 235.

3. *Inebriemus cum vino.* *Vino,* ut officij filiarum signetur charitas: sed *inebriemus,* ut celetur iniquitas. DIDASC. 3. *Quantæ iniquitates sub velamine virtutis!* Fol. 240.

4. *Inebriemus cum vino.* *Vino,* ut sensim ducatur in ebrietatem, & ebrius ignoret crimē. DIDASC. 4. *Deus ignoscit, dum homo crimen agnoscit.* Fol. 245.

5. *Inebriemus vino:* igitur si indulget potationi, indulget ebrietati. DIDASC. 5. *Sabradenda occaso, & opportunitas fugienda peccati.* Fol. 249.

6. Ine-

Paratitla Didascaliarum.

6. *Inebriemus vino.* Maior erat ebrietas, quam curiositas: & admittitur culpa, vel minoris visâ poenâ. DIDASC. 6. *Perovsi nec malis convertuntur, nec bonis.* Fol. 254.

7. *Vino:* etenim ira plurimi inebriantur in throno. DIDASC. 7. *Fulmen est, ubi cum potestate habitat iracundia.* Fol. 259.

8. *Vino inebriemus.* Et filiae? & patri? & virtuti? *Vino inebriemus:* semper enim in periculo virtus. DIDASC. 8. *Infelix in orbe virtus.* Fol. 263.

9. *Vino.* Corporis ebrietate; siquidem anima inebriatur amore. DIDASC. 9. *Virgo Teresa zelatrix honoris Dei.* Fol. 268.

10. *Vino:* quippequam amor inebriatur incendio. DIDASC. 10. *Iosephi de Virgine zelotypia, insignis amoris nota.* Fol. 274.

TAUTOLOGIA QUINTA.

Tolle filium tuum, quem diligis Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum. Fol. 280.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

1. *Tolle,* p̄st vade; ut præcepto respondens primò respondeas actione. DIDASC. 1. *Perfectè obediens nec intentionem discutit, nec præcepta discernit.* Fol. 290.

2. *Tolle tibi filium:* modo iurè proprietas, dum mihi consecras. DIDASC. 2. *Quod Deo sacrum, habetur.* Fol. 294.

3. *Tolle,* & accipe: igitur ubi filij sit oblatio, erit oblatio pro filio. DIDASC. 3. *Christus indebitam mortem suscepit, ut nos à debita morte liberaret.* Fol. 297.

4. *Tolle tu:* ut oblatio per te, amoris insigne sit. DIDASC. 4. *Amor sibi solus sufficit.* Fol. 303.

5. *Tolle nunc filium,* ut filij amor cognoscatur, quia nunc non tollitur. DIDASC. 5. *In circumcissione Christus amorem, & voluntatem ostendit.* Fol. 307.

6. *Unigenitum tolle tu:* ut constet pectoris fortitudo, dum sacrificium fiat ex unico, & dilecto & coram te. DIDASC. 6. *Quantus Virgini. Matri dolor, privari filio.* Fol. 312.

7. *Unigenitum quem diligis, offeres:* etenim si offers unigenitum, diligis. DIDASC. 7. *Cordis diversorium Christus non amat, ut cordis ipse sit cor.* Fol. 316.

8. *In terram visionis.* Spectabilis utique visio, ubi sit sacrificium de privilegio. DIDASC. 8. *Perfecta obedientia legem nescit.* Fol. 322.

9. *Ibi offeres,* & gaudebis, quippe ibi invenies instrumentum salutis. DIDASC. 9. *Unde mors irrepit, inde vita prorupit.* Fol. 326.

10. *Ibi offeres,* & glorificaberis, cum videris summè plaudì instrumenta præclara successoris. DIDASC. 10. *Summa felicitas, dum nequit esse potentior, nisi qui melior.* Fol. 332.

TAUTOLOGIA SEXTA.

Multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli. Fol. 338.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

1. *Sicut stellas cœli.* Et super faciem telluris? Sanè, ut quæ terrena appateret cœlestis conceptio Virginis. DIDASC. 1. *Maria est pratio/a margarita orbis terrarum.* Fol. 351.

2. *Stellas cœli.* Est differentia loci: quandoquidem in coniugatis virginitas, splendoris vehementiâ superat stellas. DIDASC. 2. *Cœleste non terrenum coniugium Virginis & Iosephi.* Fol. 356.

3. *Stellas cœli:* etenim plusquam in cœlo sidera, fulget in carne virginitatis gratia. DIDASC. 3. *Virginalis integritas Angelica portio est.* Fol. 360.

4. *Stellas cœli:* præfecto insigne, videre homines inter Venetis flammâs, sicut in cœlo miramur splendescere stellas. DIDASC. 4. *Ingens in carne virginitatis labor, ex victoria summus decor.* Fol. 364.

5. Stel-

Paratitla Didascaliarum.

5. *Stellas cœli.* Aptè, non ab origine splendor, sed origo à splendore.
 6. *Stellas cœli.* Patet virtutis magnitudo, si rotilat, uti stellæ fulgent in cœlo.
 7. *Stellas cœli.* Fulgor qui in stellis cœli, magis fulgurabit in pulvere.
 8. *Stellas cœli.* Amoris præstantiâ, qui stellæ cœli videntur in terra.

TAUTOLOGIA SEPTIMA.

Venit ergo Abraham, ut plangeret, & fletet sacrum. Fol. 392.

AUCTORITATIS PERIPHRASES.

1. *Venit ut plangeret:* & venit, ut exultaret, quoniam ad plangendum venit.
 2. *Venit, ut plangeret.* Vividè. Plures veniunt in templum, ut plangantur.
 3. *Venit, ut plangeret.* Id est, citò: & plangit, quia citò venit.
 4. *Ut plangeret, & fletet.* Quis non? Qui lachrymis gaudet.
 5. *Ut plangeret, & fletet.* Ne, ni rectè, fleta plangeret.
 6. *Ut plangeret, & fletet:* igitur non flet, qui poenitens plangit, ni per effusam lachrymam, mortuam animam revocaverit ad vitam.
 7. *Plangeret, & fletet,* ut unde mœsitudinem, haberet consolationem.
 8. *Eam.* Mortua & ipsa? Utique: & quia cadaveris florebat memoria: & quia nullum discrimen pulchritudinis & cadaveris.

TAUTOLOGIA OCTAVA.

Advena sum & peregrinus apud vos. Fol. 446.

AUCTORITATIS PERIPHRASES.

1. *Advena sum & peregrinus.* Magis peregrinum in humana natura, incolâ & advena: igitur non est ubi est, sed ubi habitare vult.
 2. *Advena & peregrinus.* Virtutis sanè perfectio, ubi in peregrinatione videtur peregrinatio.
 3. *Advena & peregrinus.* Telluris utique renunciatio gloriosa, dum corpus mortuum nec terram possidet in sepulturam.
 4. *Advena & peregrinus.* Amplior singularitate perfectio, ubi inter homines peregrinus homo.
 5. *Advena & peregrinus apud vos.* Homo supra homines est: igitur peregrina patet gloria, quid singulare in communi natura.
 6. *Advena & peregrinus:* siquidem gratia peregrina, quod non esset peregrinus, qui fuerat advena.

DIDASC. 5. *Virtute decet, non sanguine viti.* Fol. 369.

DIDASC. 6. *Ad virtutem venit per ipsam.* Fol. 374.

DIDASC. 7. *Redemptoris resurrectio nostra festivitas est.* Fol. 380.

DIDASC. 8. *Angeli Castodes sunt hominum amantissimi.* Fol. 384.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

- DIDASC. 1. *Magnanimi est, in reconciliationem etiam offensum offensorem querere.* F. 409
 DIDASC. 2. *Deus irascitur, dum in eius templa immodestè homines ingredientur.* F. 414.
 DIDASC. 3. *Tardè velie nolentis est.* Fol. 419.
 DIDASC. 4. *Pretiosa lacryma & felices.* Fol. 423.
 DIDASC. 5. *Quandoque sibi lacryma.* Fol. 428.
 DIDASC. 6. *Deus si lacrymis quaritur, inquit venit.* Fol. 433.
 DIDASC. 7. *Suavissima dulcedo ex amaritudine lacrymarum.* Fol. 437.

DIDASC. 8. *Fallax omnino femina pulchritudo.* Fol. 441.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

- DIDASC. 1. *Superata tellus sidera donat.* Fol. 454.
 DIDASC. 2. *Peregrini officium, nihil præter suum negotium.* Fol. 458.
 DIDASC. 3. *Mando maior, qui se putat peregrinum in mundo.* Fol. 461.
 DIDASC. 4. *Baptista in generali habitaculo factis se miratus est esse peregrinum.* Fol. 467.
 DIDASC. 5. *Ioannes Baptista miraculum mundi, gloria generis humani.* Fol. 472.
 DIDASC. 6. *Locus misericordia Dei est ipsa Gentilitas.* Fol. 477.

7. Ad-

Paratitla Didascaliarum.

7. *Advena & peregrinus.* Christus in cœlo peregrinus & non advena.
 8. *Advena & peregrinus,* quippe ibi erat corpore, & in cœlestibus mente. Amplius prodigium in Virgine-Matre: etenim suscepit Olympus simul cum anima corpus.

TAUTOLOGIA NONA.

Senuit autem Isaac, & caligaverunt oculi eius, & videre non poterat. Fol. 491.

AUCTORITATIS PERIPHRASES.

1. *Caligaverunt oculi eius,* quia orbis lumine: & videre non poterat, siquidem mens in maiore caligine.
 2. *Non poterat videre,* quoniam caligaverunt oculi. Cæcitas ambitionis, non ex turbatis oculis, sed ex caligine mentis.
 3. *Caligaverunt oculi cæcitate;* & non poterat videre intelligentia, affectione.
 4. *Caligaverunt oculi.* Non posset sanè videre, licet vigiles oculi; dum quod debebat meritis, conabatur conferre merito ætatis.
 5. *Caligaverunt oculi eius & videre non poterat.* Affectus in summum aggravat: igitur ita cæco ducebatur amore: ut non valeret cognoscere cæcum esse.
 6. *Caligaverunt oculi.* Nolebat in Principem aspicere, quem non poterat videre.
 7. *Non poterat videre,* quia eius caligaverunt oculi. Non videt, quia non potest videre: invidios verò intueri lucem nequit, quippe quàm videt.
 8. *Caligo non impedit absolute, sed perfectè videre:* & videre non poterat, dum caligaverant oculi; quia nolens tollere luminum imperfectionem, cecidit in cæcitate.

TAUTOLOGIA DECIMA

Fac cibos ut comedam. Fol. 530.

AUCTORITATIS PERIPHRASES.

1. *Fac cibos, ut comedam.* Aptè Tendit in subsidium necessitatis, & refugit fomitem ostentationis: igitur luxus de cibis satagit non in escam, sed in pompam.
 2. *Fac. Præpara.* Altius designat Sacramentum apparatus in huiusmodi convivium: siquidem panis parùm prodest Eucharistia, sine cordis suscepturi præparatione.
 3. *Fac cibos, ut comedam:* quippe panis Eucharisticus est cibus in medicina.
 4. *Cibos, ut comedam.* Per comestionis effectus, in cibo cognoscitur, an fuerit cibus.
 5. *Cibos, ut comedam:* etenim cibus Eucharistia est in tutelam.
 6. *Cibos, ut comedam.* Esca designatur corporis: panis verò Eucharisticus est cibus mentis.

DIDASC. 7. *Ascensio Domini glorificatio non sra est.* Fol. 482.

DIDASC. 8. *Hominis sola natura supra im-mortales spiritus exaltatur in Virgine.* Fol. 487.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

- DIDASC. 1. *Cæcus amor sui.* Fol. 498.
 DIDASC. 2. *Quantis spinis pungitur pectus Superioris!* Fol. 503.
 DIDASC. 3. *Lubrica prudentia Præsatis, in designatione Successoris.* Fol. 507.
 DIDASC. 4. *Hæc sola ratio Principis: Salus publica.* Fol. 511.
 DIDASC. 5. *Præceptis voluntatis consilium.* Fol. 515.
 DIDASC. 6. *In electione consilio, non præcedendum est.* Fol. 518.
 DIDASC. 7. *Invidia maior tormentum.* Fol. 522.
 DIDASC. 8. *In salutis via nec minima negligenda.* Fol. 525.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

- DIDASC. 1. *Ingens mali pompa est.* Fol. 538.
 DIDASC. 2. *In Eucharistia non saturantur nisi famelici.* Fol. 543.
 DIDASC. 3. *Medicina vulnarum cœlestis Sacramentum.* Fol. 547.
 DIDASC. 4. *Panis Eucharisticus in escam anime.* Fol. 551.
 DIDASC. 5. *Contra cuncta adversa est protectio in Eucharistia.* Fol. 564.
 DIDASC. 6. *Panis Eucharisticus est pavis singularis intellectus.* Fol. 558.

7. Cl

7. *Cibus, ut comedā.* Utique in Eucharistia verē cibus; sed cibi sunt species, & aliud corpus. DIDASC. 7. *Eucharistia scola nova est amoris.* Fol. 561.
 8. *Cibus, ut comedam.* Bene, si ab amico: quippe si inimico gratia, non cibus porrigitur sed venena. DIDASC. 8. *Speciosius iniuria beneficii vincuntur, quam mutui odij pertinacia pensantur.* Fol. 565.

TAUTOLOGIA UNDECIMA:

Si dederit tibi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, &c. Fol. 569.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS. DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

1. *Vestimentū ad induendū.* Vestis in clyta fides; verū non vestis sine veste operationis. DIDASC. 1. *Parium refert vestitus fidei, sine vestitu operis.* Fol. 581.
 2. *Vestimentum ad induendum.* Sese induit quisque, quo pauperem vestit. DIDASC. 2. *Elemosyna non tam accipientibus, quam dantibus prodest.* Fol. 585.
 3. *Vestimentum ad induendum:* quippe non induit vestimentum, si non proprium. DIDASC. 3. *Bona ablata seruiunt ad speciem, & non ad utilitatem.* Fol. 589.
 4. *Vestimentum ad induendum.* Quoniam affectio in sententijs denudatur, ubi iustitiae veste, ne pateat, magis induitur. DIDASC. 4. *Affectio iudicum iustitiam vulnerat.* Fol. 592.
 5. *Vestimentum ad induendum:* etenim detractor non habet, ut signet occulta bona; sed ut palefcent vulnera. DIDASC. 5. *Detrahitio lethaliter tres insicit uno statu.* Fol. 597.
 6. *Vestimentum ad induendum:* siquidem tunc vestis decore induitur, dum induitur & ad gratiam & ad gloriam. DIDASC. 6. *Vestis Divi Ildephonsi gloria vestis.* Fol. 602.
 7. *Vestimentum ad induendum.* Amplior vestimenti amoris rutilat speciositas, si apparet nuditas. DIDASC. 7. *Vestis amoris nulla.* Fol. 605.
 8. *Vestimentum ad induendum.* Homines vestiuntur in carnis auctoramen: Martyres verò nudantur in splendorem. DIDASC. 8. *Martyres vestiuntur pretiosa purgata & verā.* Fol. 609.

TAUTOLOGIA DUODECIMA.

Tu nosti seruitutem, qua seruiui tibi. Fol. 615.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS. DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

1. *Seruitutem, qua seruiui.* Minimè seruit, qui seruitute nocet. DIDASC. 1. *Ignominiosa conuersatio in iurro- nis.* Fol. 624.
 2. *Seruitutem, qua seruiui:* igitur seruitute diuitiarum videtur imperium, modò evanescat seruitium. DIDASC. 2. *In firmi animi est, pati non posse diuitias.* Fol. 629.
 3. *Seruitutem, qua seruiui:* etenim humilitas, dum tēdit in seruitutē, obtinet exaltationē. DIDASC. 3. *Humilitas in superiora sublimis erigitur.* Fol. 632.
 4. *Seruitutem, qua seruiui:* quoniam amanti captivitas est summa cordis libertas. DIDASC. 4. *Vincula amoris sunt pignora libertatis.* Fol. 636.
 5. *Seruitutem, qua seruiui.* Servit honor, ubi iurē maculatur: verum seruit seruitute, si liber crimine, splendor seruit dedecori. DIDASC. 5. *Studium fama crescit honore.* Fol. 641.
 6. *Seruitutem, qua seruiui tibi.* Sanè non seruit seruitutem; qui cui seruit, ad seruitium non contemplatur praesentem. DIDASC. 6. *Praesentia amati offendit seruitutem amoris.* Fol. 644.
 7. *Seruitutem, qua seruiui.* Modò ut seruitus displicet, quod uti libertas placuit: tunc enim seruitus cognoscitur, dum excutitur. DIDASC. 7. *Ed quis felix liber est, quo miserior seruus fuit.* Fol. 648.
 8. *Seruitutem, qua seruiui.* Seruitus sola est seruitus libertatis; sed seruitus cum exilio est seruitus seruitutis. DIDASC. 8. *Exilium virginis amor corvocat in gratiam seruitutis.* Fol. 650.

TAU-



TAUTOLOGIA PRIMA.

TACTUS DOLORE CORDIS INTRINSECUS;
Delebo, inquit, hominem, quem creavi à facie terra.
 Genes. 6. vers. 6. & 7.

EXPOSITIO LITERAE.



ILLUSTRIS Sanè Anthropologia, seu potius Anthropopathia: id est, conceptus actionis humana in Deo; non quia passus, sed quia hominibus exprimit, quod faciunt, quorum corda dolor acerbitate tangit, & acerbitas amaritudinis intime pungit. Evanuerat prima Deitatis perpulchra similitudo in Lucifero, summæ perfectionis signaculo; quia semel conversus, semper conversus, & perversus. At quia facilis descensus Averni, ut posset revocare gradum, vel post voluntarium præcipitium, & infelicitatem, supplantationis suctelatoris vafritie; formavit Dominus Deus Hominem de limo terræ. De limo terræ, quasi respirans de casu

desertoris Angeli, & requiescens gratissimè in homine, cunctorum prasidie, ut posset per rationales dilectas, & gratis animas, implere Opifex rerum Angelorum ruinas. Sed hem! Modò hæsitans crebris culpis, & à dilectis (equidem eius delictum, ludere cum filiis hominum) tot iniurijs, tot offensis, haud imbecillitate naturæ, sed malitia prævalente; non quia eclipsim Sol intelligentiæ passus esset in celo capitis, sed quia intenta in malum omni tempore cuncta cogitatio cordis; Recoilens, vel Recoigitans (uti legunt Septuag. hic, & Augustinus lib. 15. de Civ. Dei, cap. 25.) cuncta teatata, tot beneficia, tot dona, charismata tanta, & quod illi quasi refrigerium, factum cordolum; per Aporian, seu Dialogisimum, intimo dolore repercussus, tandem percutus, sibi quasi dixit: Angelus corruit. Sit. Ingratus cecidit, quia non celsit. Num etiam homo, & quem erexit de luto!

O nullis illecta bonis, nullisque repressis
 Legibus, antiquo tantum summissa draconis
 Effera gens hominum, ducta corruptior ævo!
 Nasitur hinc proles peccati, germinat inde
 Deterior soboles multa, peiorque priori
 Progenies sequitur gradibus ad crimina crescens.

Succinunt & Alcimus Avitus lib. 4. Genes. vers. 144. & Hilarius Pictav. in sua Genes. vers. 170. Quid faciam? My. Quid? Plus carnis in mente, quam mentem habet. Quæ meî muneris, & officiosè exhibui: ex nihilo produxi, scientiam indidi, sapientiã venustavi, liberum arbitrium concessi, ineffabili magnitudine dixi. Quid ultra debui facere? Vivo Ego ::

Tom. II. Taut.

A

Hil.

Septuag.
Augustinus

Alc. Avita

Hilar.

Oratio Dei
pathetica in
ter iustitiam, & mi
sericordiam